

NENS V R V S è Turri unâ altitudinem Turris alterius, dispone Instrumentum juxta doctrinam cap. 18. & perpendiculo metire ab Instrumento tuo ad plantam Turris deosum, reperiesque pedes 50. Volve igitur Dioptriam H ad puncta 50 in Regula inter A F. Dioptriam verò G. tantisper, dum se mutuò contingunt, secundum directum unâ cum plantâ alterius Turris, & repries ad Dioptram G pedes 10.8.

Volens ergo scire quot pedes sint à statione tua usq; ad plantam alteram Turris, ita operare: Positam Regulam foramineam in Dioptrâ G dirige versus H. reperiesque puncta 118. quæ ab Instrumento tuo usq; ad alteram plantam est distantia quæsita.

Si porrò & Turris altitudinem experiri aves, ab hacque altitudine distantiam Instrumenti, volve Regulam AE ad Turris plantam: hac firmatâ volve Dioptram G ad puncta 118. inter AE (tot siquidem pedes, nempe 118, Instrumentum à plantâ Turris distat.) Volve deinde Regulam AF. versus altitudinem Turris; quâ firmatâ perpendiculum appende Dioptræ H hac volutâ versus F tantisper, dum perpendiculum cum apice suo rectâ Dioptræ H. imminet repries ad Dioptram H. puncta 118. quæ distantia est quæsita ab Instrumento usque ad altitudinem Turris, pedes nimatum 118.

Altitudinem porrò Turris sic explora: Accipe Regulam foramineam & pone illam in Dioptra G, ac versus H. dirig: repriesque puncta 100. in Regula ista: quæ altitudo est Turris, pedum nimatum 100.

Inductio est talis:

Linea nota,

Distantia ab una Turris plantâ ad alteram. 108.

Statio Mensoris usq; ad alterâ plantâ Turris. 118. pedum.

Instrumenti distantia ad altitudinem Turris 118.

Altitudo Turris

50.

100.

CAPUT